BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 87r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



infrascribende ibi ℞ sticados arabici ʒ. i.
spice macis ℞. Et fiant fricationes et diuer-
siones, et omni mane fricentur spatule cum
panno aspero, et humeri et coxe, propter
euacuationem tamen vniuersalium, et sint le-
ues, et fricatio totius dorsi conuenit, et
educatur omni die superfluitates prime et
secunde digestionis, et aliarum digestionum
cum euacuatiuis appriatis. ¶ Et est quies in-
iungenda Nam motus fluxus auget, et
prohibet matricationem catarri. ¶ Vtatur sompno
leui vt puta quatuor horarum aut v. et ad
plus vi. qui tardetur propter assumptionem cibi
per duas horas, nec fiat in die, nisi in
nocte sit aliquod accidens, nec supine dor-
miat, et fiat capite eleuato, et ponat se
in latere dextro per iii. uel iiii. horas, postea
in latere sinistro, deinde iterum in latere dex-
tero, Euitet tristitiam, sollicitudinem, iram etc.
gaudeat pro posse et moderate, fames sitis
et vigilie conueniunt A coitu post cibum se
abstineat. ¶ Euacuetur corpus premittendo hoc
digestiuum ℞ Syrupi de sticados ℥. i. oxi-
mellis compositi ℥. ii. s. oximell squillitici.
℥. i. s. aque saluie, aque bethonice ana ℥. i.
clarifica et aromatiza cum pauco macis, detur
quinquies et plus in catarro. Conueniunt pillule
solutiue, et conueniunt statim dicende, Et si
nollet pillulas ℞ reubarbari electi. ʒ. i.

de quiete

de somno.

digestiuum

85

87